



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Speculum Approbandorum Bipartitum**

**Unczovsky, Marianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1693**

Approbationes Theologorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37308**

... (X) ...

Approbationes Theologorum.

**L**ibellum, SPECULUM APPROBANDORUM, intitulatum, cuius h̄ic prima pars continetur, in qua de qualitate approbandorum exacte discurritur, Materia, Sacramenti Poenitentiae, Censur: &c. variaque ad forum poli pertinentia, solidè & clarè proponuntur, ac fundatè resolvuntur, sollicitè perlegi, nihilque in eo inveni, quòd vel Orthodoxæ Fidei dogmatibus, vel bonorum morum legibus adversaretur, imò propter doctrinæ soliditatem & claritatem, ac methodum jucundam lectu, Ministros Sacramenti Poenitentiae, & Curatos animarum, eximiam inde utilitatē consecuturos spero. Quare dignissimū censeo, ut prælo oxyus mandetur. Dabam Prag: in Coll: S. Norberti 26. Apr. 1693.

P. GODEFRIDIUS STÖHR, Sac: & Cand:  
Ord: Præm: Can: in celeb: Archi-Epis: Sem: SS. Th: Prof: Ord: & Senior, præfati Collegij Rector,

Ad



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

•<sup>०</sup> (†) <sup>०</sup>

A D mandatum Rever: ac Perilluistr:  
Domini Wenceslai Bilek à Bi-  
lenberg Cathedr: Eccl: Prag: & ad OO.  
SS: Decani, nec non Vicarij Generalis  
Rever: ac Celsif: Principis & DD. (Tit.)  
Archi-Episcopi Pragensis, revidi pri-  
mam Partem Speculi approbandorum  
compositam ab Adm: Rever: ac Exim:  
Patre Magistro Mariano Unczovsky  
Ord: Min: S. Francisci Conv: Collegij  
Cæsarei ad S. Jacobum Vetero - Pragæ  
Regente ac in Celeber: Archi-Episcop:  
Seminario Controversiarum Professo-  
re; & quia utilissimis Doctrinis reple-  
ta est, nihilque fidei Orthodoxæ vel  
bonis moribus contrarium continet,  
idcirco ut pro communi Operariorum  
in Vinea Domini utilitate Typis man-  
detur dignissimam censeo. Micro-Præ-  
gæ 23. April. 1693.

Joannes M. Hlozek, C. R. S.  
Theol. Lector & Ven. Archi-Ep:  
Confess: p. t. Assessor.

F 4-